



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto
Chvnradi Cel||tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**

Celtis, Konrad

Auguste: Vinde:, 1505

VD16 C 1897

Ad Lectorem Chvn. Celtis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14416

AD LECTOREM CHVN. CELTIS.

Aspice surgentem sub sydera celsa Viennam:
Quæ tot musiphilos iam fouet alma uiros.
Cedat Alexander: cedant puerilia: parua:
Nam tenet Austriacas docta minerua scholas.
In eū qui scripsit nullū se getmanum:
pure latine scribentē legisse. nisi et cē:
Laurea germanas iam cōmigravit ad oras:
Laurea Rhomano quæ docet ore loqui.
Hoc modo testantur phoebeo in amore sodales
Conscripti: quorum nomina clara uides.
Hi tua cribrabunt latiali carmine scripta:
Censoremq; rudem: teq; tuosq; canent.
EVSTACHIUS NEOPHORVS ESLINGVS
Maxime Rhomulidum Rex inuicissime regum:
Ad cuius nutum totus componitur orbis:
Quemq; omnes flexo uenerantur poplite reges:
Musa iubet me ferre tuas ad sydera laudes.
Iussa sequi da posse mihi: sic pectore forti
Per uastum exili current mare carbasa cymbas:
Inq; tuas laudes consurgent rite camenæ
Quas uelut extorres reuocasti in teutonias oras
Austria cūq; habitare solum: tectisq; paternis
Excipis atq; auro musas solaris et aede.
Phoebea donās placidaq; in sede quietem.
Nec satis est musis tantū impēdisse fauorem:
Quin etiam lauro concedis tempora cingi:
Docta quibus cordi est pallasq; et pulcher Apollo.
Inclytū opus: nullisq; prius per sæcula nostris
Cæsaribus factū: quod tanto in amore pœtas
Diligerēt: propriūq; suū quod ferre solet Rex
Munus: in alceri? largus concederet usus.
Sed facit hoc uirtus et amor tuus omnibus æquus
Ingeniisq; fauēs: quo pacto alemania doctis